

sanctorum et philosophorum exapiens: sub bre-
ui hoc compendio pariter compilauit. sicut p[er]
singulos titulos poterit legentium indu-
stria et pertin.

Incipit liber pri-
mus de proprietatibus rerum venerabilis
fratris Bartholomei anglici.

De propri-
etatibus itaque et na-
turis rerum. tam sp[iritu]-
alium quam corporalium elu-
cidare aliqui cupientes
ab illo sumamus eorum
diuinitatem quae est alphas et omnia principium et finis omnium
honorum. In principio patris luminis. a
quo procedit omne datum optimum et omne
donum perfectum. Ispirantes autem alium. ut ille/
qui illuminat omnem hominem uenientem in
hunc mundum. et reuelat profunda de tene-
bris. et abscondita producit in lucem. huic
opusculo (quod ad ipsius laudem et legentium uti-
litate. de diuersis scripturarum et philosophorum dictis. non
sine labore colligere iam incepti) feliciter
dignetur impendere consummationem.

Ca. I. Unus im-
mensus et incommutabilis deus dicitur.

Est igitur ut dicit Innocentius
in. solus et uerus deus eternus. im-
mensus. incommutabilis. omnipo-
tens et ineffabilis pater et fili-
us et spiritus sanctus tres quod de persone. sed una
essentia substantia in natura simplex omnino
pater a nullo. filius a patre spiritus sanctus ab
utroque absque initio et fine. pater generans
filius nascens. spiritus sanctus a patre et filio proce-
dens. De tres persone sunt consubstantia-
les. coeternae. omnipotentes. coaequales. unum
universorum principium. creator omnium uisibi-
lium et inuisibilium spiritualium et corporalium crea-
turarum quae sua uirtute omnipotentia simul ab
initio temporis utraque condidit creaturam uide-
licet angelicam et mundanam. ac uerum humanam
quae coequetur spiritui corpori constituta. Hucusque
Innocentius extra de sum. trini. c. i.

Ca. II De essentia
unitate et personarum pluralitate.

Hanc autem sancta trinitas secundum
eandem essentiam est indiuidua
et secundum personales proprietates est
discreta in nature suae simpli-
citate non admittens diuisiones. nec in perso-
nali proprietate recipiens uiriditatem. Sed spiritus
in essentia unitas. et in personis pluralitas
inuenitur a qua omnis confusio et mutua confusio
remouetur. quia cum aliter sit pater aliter filius alius
spiritus sanctus. pater non potest esse filius. nec spiritus
sanctus. sicut nec e converso. spiritus sanctus
non potest esse pater vel filius. nec filius pater vel
spiritus sanctus. Quia quilibet istorum est una essentia
vel natura quae sola est uniuersorum principium
propter quod non est aliud repere. et haec essentia
neque est generans neque generata neque pro-
cedens. Sed est pater qui generat et filius qui ge-
gnit. et spiritus sanctus qui procedit ut simpliciter de-
stinctio sit in personis et in natura unitas
teneatur. An licet aliter sit pater aliter filius alius
spiritus sanctus. non tamen aliud. sed id quod est pater est fi-
lius et spiritus sanctus. pater pro generatione to-
tam substantiam suam ei redit sine diuisione. et
tamen totum retinuit sine diminutione et sic
una et eadem res est pater qui gignens et filius na-
scens et spiritus sanctus ab utroque procedens. Huc
usque Innocentius. iiij. extra ubi supra de
summa trini. c. i.

Cap. III. Quod
quicquid dicitur de deo aut est essentia aut
notio aut persona.

Ut autem dicta et dicenda clarius
elucescant notandum est iuxta san-
ctorum traditiones. quod quicquid in deo
est aut de deo dicitur aut est essentia
aut notio aut persona. una est ei indiuisi-
bilis essentia. personae tres. et haec tres personae
sunt una essentia et unum deum. et quilibet earum est
una essentia et unum deum. pater a nullo. filius a
patre nascendo. spiritus sanctus a patre per filium proce-
dendo. pater filium generat. filius gignit. et pater
cum filio spiritus sanctum spirat. et quod filius spiritus
sanctum spirat hoc habet a patre. Quicquid enim
persona habet vel facit. hoc habet a persona a qua
est. Et ideo quod filius est a patre ab ipso omnia habet.
et quod spiritus sanctus est a patre et filio ideo habet quod habet
conter ab utroque. sed propter huiusmodi inaccessibi-
litate vel processionabilitate. pater non est
maior nascere vel spiritus sancto procedente

Liber Primus

quia veritas diuine essentie equalis est in ipsis et in patre. Hec omnia habent a Boetio in libro de trinitate. et ab hugo ne et etiam augustinus et richardus.

Ca. III De notionibus.

Notiones autem sunt quinque secundum hugonem et augustinum. scilicet personitas innascibilitas. filiatio. processio. et coispiratio. Et dicuntur hec quinque aliqui notionibus. quia notificant personam. aliqui distinctioes. quia personam distinguunt. aliqui relatioes. quia personam ad se inuicem referuntur. Dicuntur etiam proprietates. quia personis proprie sunt. Istas autem notionum tres dicitur personales proprietates. scilicet paternitas. filiatio. processio. eo scilicet quod personam faciunt. nam istas etiam notionum tres sunt proprie. scilicet innascibilitas. paternitas. et coispiratio. et due filii. scilicet filiatio et coispiratio. vna vero. scilicet tantum scilicet processio. nec aliquid derogat. scilicet quod tantum habet unam notionem. neque filio supererescit quod habet duas. nec pater maior et alius personis duabus quibus tribus notionibus specialiter ab alijs discernatur. Regulariter enim de istis notionibus tenendum est quod nulla de alia predicatur et quod que libet est diuina essentia et vnus deus et vna essentia. Item nulla notio inest diuine essentie sed tantum personae. quia essentia nec distinguit nec distinguitur sed solum personae ab inuicem distinguitur.

Ca. V. Quod deus cognoscitur in suo effectui.

Quiauis autem diuina essentia a mortalibus non potest cognosci ad plenum neque comprehendere hic in via. cognoscitur tamen in suo effectui in quantum est omnium principium siue causa. quia deum esse vix insipientes dubitat. et tamen quid sit secundum maiestatem magnitudinem nullius creature intelligentia inuestigat. ut dicit Damascenus. Et ideo positum non potest cognosci nisi per effectum suorum operum quibus prouocatur et per abnegationem multiformiter in scripturis describitur et nominatur.

Ca. VI Quid notificent nomina de deo.

Hec euidentiā autem nominum que nobis deum manifestat aliquantulum notandum est in quadam simplici et rudi consideratione. quod omne nomen dictum de deo aut notificat essentiam aut notionem aut personam. Nam omnia que notificant essentiam dicuntur essentialia. que personam personalia que notionem notionalia. Nomen autem essentialis sonat in quod et predicatur in quod. personale significat quem et predicatur in quem. Notionale vero nomen sonat in quam et predicatur in quam. Vnde ista predicata in diuinis scripturis predicantur vel ponuntur. scilicet quod. quod. Quis quia pater vel filius vel. scilicet. Quae processio filii processio personitas. et. quod substantia essentia et homini. que mere quod ditatem rei significat et diuinam essentiam simpliciter et abstracte representant. Hec autem nomina sic distinguuntur

Ca. Septimum De nominibus essentialium distinctioem.

Quia nomen essentialis aut est nomen substantiuum aut adiectiuum. Si substantiuum aut est abstractum aut concretum aut medium. Abstracta autem dicimus ut dicit augustinus. que absolute diuinam essentiam significant. ut essentia. bonitas. diuinitas. et homini que semper supponunt et significant diuinam essentiam nec possunt trahi per aliquid coniunctum ad supponendum per personam. Vnde talia nomina sumpta cum prepositis dicitur verbis nominibus et principijs personarum vel notionalibus reddunt propositiones falsas in quibus ponuntur. Vnde hec est falsa. essentia generat vel generat. essentia est de essentia vel essentia est apud essentiam et homini. De istis autem nominibus que pure sunt essentialia generaliter est tenendum. quod omne nomen pure essentialis predicatur de quocumque libet persona per se. et de omnibus in similibus singulariter et non pluraliter. verbi gratia pater est diuinitas. filius est veritas. et spiritus sanctus est veritas. et similia sunt vna diuinitas et non veritates.

Ca. octauum. De

nomibus cōcretis.

Domina cōcreta sunt que ad modū cōcretor signāt formas in supposito. vñ signant quasi forma in subiecto. vt de. crea-
tor. et filia que generaliter significant diuinā essentia. sed quādoq; supponūt pro essentia quādoq; pro psona.

Ca. nonū. De nomi-

numibus medijs.

Domina vero media dicitur que hñt modū et formā et significatiōem abstractorū sed vñ sumz officij cōcretor. vt lumen. sapientia. et hñmōi. Ista enī licet abstractiua sunt aliqñ supponūt p psonis vt cum dicitur lumen de lumine. sapientia de sapientia. principij de principio. et filia. et hec nomina abstracta p̄dicātur si cut de qualiter persona p se et de omib; si mul nō pluraliter. sed singulariter.

Ca. x. De nomi-

nib; adiectiuis que pure significant diuinam essentiam.

Directiua nomina alia significant pure diuinā essentiam nihil cōnotando. vt ens. bonus. et hñmōi. alia aliqd cōnotant positue. alia aliqd p̄uatiue. vt eternus. immēsus. immortalis et hñmōi. Eternus enim principaliter significat diuinā essentia et sc̄ario cōnotat carentia principij et finis. vñ cum dicitur eternus sensus est. deus est et caret principio et fine. Similiter immēsus principaliter significat diuinā essentia. et notat abnegatiōnem mēsure localis. Sicut dicitur in scriptis p̄ abnegatiōem loci et vbi et de similibus sicut est intelligendū. et hec nomina p̄dicant de omnib; psonis simul et diuisim singulariter et nō pluraliter. vt pater est eternus. filius eternus. s. s. eternus. et vbi tres sunt vnus eternus.

Ca. vñdecimū.

De illis que aliqd cōnotant positue.

Directiua nomina que aliquid cōnotant positue quedā cōnotant effectū in creaturā et quedā respectū. Eorū autē que cōnotant effectū quedā cōnotant in habitu vt iustus. misericors. et hñmōi. quedā in actu vt iustificās miserator et hñmōi. Que autē cōnotant effectū in actu p̄dicātur de deo ex pte vñ deus incepit eō miserator qñ incepit misereri. sed ea que cōnotant in habitu p̄dicātur de deo ab eterno. vt deus ab eterno fuit iustus et misericors. etc.

Ca. duodecimū

De his que connotant respectum.

Domina vero que cōnotant respectum creatoris ad creaturas. vt de est refugij. et hñmōi quedā cōnotant respectū persone ad psonā. vt similis. eglis. Similis enim principaliter significat diuinā essentiam. sc̄ario autē cōnotat distinctiōem personalem. et hñmōi vero nota licet essentias significant tñ rōne cōnotati p̄dicantur de psonis simul sumptis pluraliter et nō singulariter. vñ nō dicitur pater et filius sunt similis sed dicitur sunt similes.

Ca. tredecimū De

nomib; adiectiuorū supinductiōe.

Directiuorū etiam nomina quedam sunt p̄titiua. vt aliquis alius. et similia. quedam vero sunt n̄geralia. vt vnus. duo. tres. et omnia in neutro genere substantiua significant diuinā essentia. et p̄dicantur de psonis omnibus singulariter et non pluraliter. vt pater et filius sunt vnus. et in genere masculino et feino substantiuata sunt psonalia. vnde hec est vera p̄ et filius sunt duo. si duo sit masculini generis sed si sit neutri generis tūc est falsa. P̄titiui modi autē nomina adiectiue retentā sequuntur naturā suorū substantiuorū. vñ si substantiua sint essentialia et ipsa adiectiua sicut. et si sint psonalia similiter et ipsa adiectiua. vñ hec est falsa pater et filius sunt vnus. sed hec est vera sunt vnus deus.

Liber Primus

Ca. XIII. De nominibus personalibus.

Domina personalia quedam predicantur de vna persona tantum. ut pater et filius et spiritus sanctus. quedam de duabus. ita quod de vtraque ut principium spiritus sancti. Nam pater est principium spiritus sancti. et filius est principium spiritus sancti. vnde cum dicitur pater et filius sunt principium spiritus sancti. licet principium supponit per duabus personis. sed significat vnam notionem scilicet communem spirationem quedam deo predicatur de duabus personis ita quod de neutra per se ut pater et filius sunt duo. ita quod licet duo sit masculini generis et non neutri. quedam predicatur de tribus. ita quod de nulla per se ut trinitas. Nam ut dicitur in Ioh. li. vi. et in Ioh. trinitas est appellata eo quod fiat totum vnum ex tribus quod si trium vnitas. nam deus tria sunt id est tres persone vnum sunt. quia singula in se manent et omnia in omnibus. pater ergo et filius et spiritus sanctus sunt trinitas et vnitas. Idem enim in natura. vnum quod in essentia. tris in persona. vnum propter maiestatis communionem. tris propter personarum proprietatem quedam etiam nomina predicatur de singulis personis ita quod non de omnibus vel pluribus singulariter vel tantum pluraliter. ut ipsitas seu persona. Pater enim et filius et spiritus sanctus sunt tres ipsitates seu persone et non vna.

Ca. XV. De notionum subdistinctione.

Domina vero notionalia quedam sunt abstractiua. ut paternitas. natiuitas. processibilitas. spirabilitas et homini. quedam vero concretiua et adiectiua. ut innascibilis. generans. nascens. spirans. procedens. omnia autem abstractiua predicatur de essentia. vnde hec est vera. essentia est paternitas. et e converso. essentia est innascibilitas. et e converso. et ita de alijs. Concretiua vero nunquam de essentia predicatur siue sint nomina siue principia. et ideo omnes tales propositiones sunt false. Assentia generat vel generatur. vel essentia est generans vel generata. et ita de alijs. Item nominum notio-

nalium quedam predicantur de vna persona tantum. ut generans de patre genitus vel nascens de filio. procedens de spiritu sancto. quedam de vtraque duarum ut spirans de patre et filio. quia pater et filius spirant spiritum sanctum. quedam etiam predicatur de qualibet ut distinctus. pater enim est distinctus ab alijs personis. similiter filius et spiritus sanctus.

Ca. Decimus sextus.

De proprietatibus diuine essentie

Proprietates vero diuinas diuine scilicet essentie puenienter terminat Ioh. damasc. li. iij. ca. viij. Deus est inquit sine fine et principium. principium primum. increatum. ingenitum. impartibile. immortale. eternum. infinitum. incircumscriptum. indeterminatum. potens ad infinita. simplex. incompositum. inflexibile. impassibile. inuincibile. inalterabile. fons tonitruus et iusticie. lumen intellectuale. virtus inaccessibilis et immensurabilis. et tamen omnia mensurat propria voluntate. creaturarum omnium effectiua. omnium contentiua et seruatiua. omnium puissima. omnia implens in suo regno. omnium dominans et imperans. et nullum contrarium habens. omnia incomtaminata continens. omnium substantiarum eminens. et super omnia existens semper bona. semper beata. semper plena. principat et potestates ordinans. determinans ac disponens. Super omnem substantiam vitam rationem et intelligentiam existens. per se enim est lux. per se est vita. per se est substantia. per se existens fons essentie vel scientie. his que sunt. his que viuunt. his que participant rationem. Omnium omnium bonorum causa est. vna substantia. vna virtus. vna voluntas. vna operatio. vnum principium. vna potestas. vna donatio. vna diuinitas in tribus perfectis ipsitatibus seu personis patris et filij et spiritus sancti. vna ratione creditur colitur et adoratur. Unde ipsa trinitas est inconfusa vnica. et indistincte distincta. Indistincte enim sunt tres persone et ab invicem inseparabiles non confuse adinuicem conuertibiles. quia adinuicem non commiscuntur nec pariter confunduntur. Nam pater est in filio. et spiritus sanctus in patre et in filio.

et filius in patre et spūscō: nulla dmi-
 tione facta vel dūctōe vni in alterus
 sine mutua dūctōe. Imo ipse p̄sone su-
 is p̄rietatib⁹ abinuicē sunt distincte et
 fm identitatē essentie indiuisibilē sunt
 vnite vñ diuinitas simplex imprubilis
 existēs varia dona suis distribuit crea-
 turis. Sed multiplicata p̄ dona impi-
 bilis p̄mans et ad suā simplicitatē crea-
 turas suas cōuertit et dūngit. P̄ia im-
 p̄miscibile p̄trāsit et p̄ ipsam nihil. sim-
 plici cognitōne oīa cognoscit tā p̄ntia
 q̄ p̄terita et futura q̄ p̄t oīa que vult sed
 nō vult oīa que p̄t. P̄t enī p̄dere mun-
 dum. nō vult autē. Dicit enī ad hoc idē
 Dion. l. i. ca. xvi. Deus enī immate-
 rialē existēs in circūscriptibilis est. qz
 loco nō cōtinetur. Ipse enī suūp̄s loc⁹ ē
 omnia implens sup̄ oīa existēs omnia cō-
 tinēs. vniuscuiusq̄ naturā imp̄miscibi-
 liter p̄trāsens oibus suā opatōem. fm
 susceptiua virtutē tribuēs. Et cū sit to-
 tus imp̄tibilis. tot⁹ est totalē ens vbiq̄
 et nō ps in pte p̄trialē dūsus. sed tot⁹
 in omnib⁹ et tot⁹ sup̄ omne. vñ ipse sol⁹ in
 cōprehēbilis est et interminabilis. et a
 nullo p̄terq̄ a semetipso cognit⁹. Nā ipse
 solus suūp̄s et p̄tator maxim⁹ est. vñ
 ad eius totalē cōprehensionē nulla pōt
 p̄tingere creatura cū sit infinitus in se
 virtute tamē sua infinita finit et termi-
 nat vniuersa. p̄pter quod termegist⁹ des-
 scribēs deū put potuit. ait sic. Deus est
 sp̄ra intellectualis cuius centrū vbiq̄
 est circūferentia xō nūsq̄. Diuina enī
 ecēntia in se cōsiderata p̄fecta est ad mo-
 dū sp̄re quia nō habet principiū neq̄ fi-
 nē sed put cōsiderat⁹ vt causa reducens
 res in esse et eas limitās et finies. sic dicitur
 esse centz qz sicut centz finit lineas
 et ab ipso linee reducūtur. ita deus redu-
 cit creaturas et limitat et finit eas.

Cap. xvii. Quo- modo bernardus describit deum.

Hic modo describit Bern. deū tā-
 q̄ causam p̄ effectū. dicens De-
 us est volūtas om̄ipotēs beniuo-
 lentia lumen eternū. incōmutabilis rō
 creans mentē ad se p̄cipandū. viuifū

cans ad sentiendū. afficiēs ad aptandū
 dilatans ad cupiendū. iustificans ad p̄-
 merendū. accendēs ad zelū. secundans
 ad fructū p̄mouēs ad bonitatē. dirigēs
 ad eq̄tatē. rotorās ad virtutē formans
 ad beniuolentiā. moderās ad sapiam vi-
 sitās ad solatōem. illuminās ad cog-
 nitōnem. p̄p̄uās ad immortalitatē. im-
 plens ad felicitatē. circūdans ad securi-
 tatem. amat vt charitas. nouit vt v̄itas
 sedet vt eq̄tas. dñat vt maiestas. regit
 vt principiū. medet vt salus. reuelat vt
 lux. assistit vt pietas. hucuscq̄ terrā.

Ca. xviii De no-

minib⁹ que notificāt deū in suis opib⁹.

Et quamuis indiuisibilia sunt
 opa b̄tissime trinitatis. tamē a
 sanctis distinguūt quedā noīa
 p̄ que notificat deū in opib⁹ suis. q̄ inuo-
 cabilis est et inotificabilis in se quo ad
 intima maiestātē. Sūt at̄ q̄dam noīa ap-
 p̄riata et q̄dā sunt trāssūpta et trāstata.

Ca. decimūnonū.

De nominibus appropriatis

Nomina vero appropriata sunt
 x. de quib⁹ Is. in. vi. l. c. i. dicit
 sic. Apud Heb. x. nominib⁹ de-
 nūcupat. Primū ē. El sine hiszyros. i.
 fortis. quia nulla infirmitate opprimit
 sed fortis est et sufficiēs ad oīa p̄petrāda
 Scōm nomē est eloe. i. theophelos. i. ti-
 mor. eo qz deus a cūctis ipm colētib⁹ sit
 timēdus. Tertiu nomē est sabbaoth. i.
 princeps exercitū eo qz oēs exercit⁹ ces-
 li eius dñio sunt subiecti. Quartū no-
 mē est zeloz vel ramathel. i. excelsus de⁹
 quia excelsus deus et sup̄ celos gl̄a eius
 Quintū nomē evel. i. q̄ est. deus enī q̄
 est etern⁹ vere est qui tantū nouit eē. fu-
 isse autē et mō nō esse vel futurū esse nō
 nouit. Tertū nomen est adonay. i. do-
 minus. quia ei⁹ dominationi subicitur
 totus mūdus. Septimū nomē est ya. i.
 sp̄ritus alm⁹. deus enī sp̄s est. Octas-
 uū nomē est tetragramatōn. i. nomen
 quatuor litterarū. scribitur enī quatuor
 litteris apud hebreos q̄ ineffabile pro-
 nūciat et signat nomē dei. quia dicitur

ineffabile. nō quia dici nō possit. sed qz eius significatō ab humano corde non pōt comprehendī. Nonum nomē est saday id est omnipotens. qz omnipotens est nō mē eius. 7 dicitur omnipotēs a faciēdo omne qd vult. et nō a faciēdo qd nō vult. qz si alter tantū ei acciderit omnipotens neqz esset. Decimū nomē est el. ym. 7 est nomen trinitatis 7 p̄tinet ad p̄rem 7 filiū 7 sp̄m̄ sc̄m̄ 7 ideo plurale est ap̄d hebreos 7 singulare. Signat enī diuinā eētiam cū suppositōe trium p̄sonarū vnde dicitur trinitas quasi trium vnitas

Ca. xx. De nominibus transumptis.

Unt autē quedā noīa trāsumpta a creaturis q̄bus vti scriptura q̄n intendit aliquas exponere conditōes creatoris. qz Damas. li. i. c. xiiij. inq̄t. Quia multa in scriptura diuina symbolice sunt dicta 7 figuratiue 7 trāsumptiue. scire oportet qz hōies grossa carne induti excelsas 7 immortales vitatis opatōnes intelligere non p̄nt nisi q̄busdam formis 7 imaginib⁹ 7 notis q̄bus hōies vti sepius sunt sueti. **U**nō oīa corpalia q̄ de deo dicunt nō proprie sed symbolice intelliguntur. Simpliciter enī de⁹ est 7 nō figurabilis. oculos t̄n̄ et palpebras 7 v̄sū habere dicitur. qz vniuetsoꝝ hōis virtutē consideratiuā eū nihil pōt latere. nihil pōt subterfugere suaz notionē. Simili rōe aures 7 auditum habere dicitur. quia apud ip̄m p̄cipiationē fore 7 deprecationis susceptōem asserere nō timem⁹. Per hūc enim sensum nos mites ostēdim⁹ q̄n deprecantib⁹ aures familiaris inclinam⁹. **D**es 7 labia 7 fauces habere dicitur. qz illa velut loquēdo p̄ inspirationē nobis reuelat que hōim cogitatio p̄ hōim organa exprimit 7 ostēdit. **B**uttur etiā habere dicitur 7 gustū qz in nostre iusticie opibus tanq̄m in gustu telectat. **N**ares et olfactū habere dicitur. qz tanq̄m odor suauissim⁹ dñō est placēs q̄ deuotōis affectū sibi exhibet. facie ipsū habere scriptura cōmemorat. qz p̄ eius opa virtutē 7 p̄ntiam diuin⁹ sermo manifestat. nā p̄one p̄ntia in facie declaratur.

man⁹ 7 brachia rep̄ntant ei⁹ subtilē 7 inuincibilē opatōem. qz nos digit⁹ ac manibus brachijs subtiliora 7 fortiora opamur. q̄n terterā dei cōmemorat. certiora 7 dei digniora insinuat. vñ et iurare p̄ terterā dicit q̄n intrās mutabile eius p̄siliū philet. frequēter paup̄ibus subuenit. 7 indigētib⁹ auxiliat. 7 ideo pedes habere dicitur. sepe enī ostēdit in effectu qd solent opari hōies pedibus vel incelsu. **P**ectus 7 cor habere dicitur. p̄pter cognitorū iugē recordatōem. v̄ntre et viscera p̄pter illā quā in nobis ostēdit misericordiā 7 cōpassionē. **F**rasci dicitur 7 furere. p̄pter odiū malicie 7 iustā quā infert peccatibus vltionē. **T**ormite dicitur et obliuisci p̄pter iniurie dissimulatōem 7 vindicte retardatōem vñ qz tot modis p̄ sua beneficia nostra supplet indigentia more hūano dicitur h̄se diuersa mēbra. **A**n̄ beatus Dionisi⁹ effect⁹ dei multiplices sic describit. **D**e⁹ inquit est oīm causa et principii eoz q̄ sunt substantia 7 viuētū vita. ratiocinantū rō excidentium ab eo reuocatio. 7 rez resurrectio corū pentiū. qd s̄m naturā est renouatio. et eoz que mouētur s̄m execrabile impetum reformatio. sacri fūramētū minus stantiū. 7 ipsoꝝ que ad ip̄m reducūtur via 7 reordinatissima manu ductio. **E**t seq̄tur post pauca. **I**pse est eoz que ab ip̄so sunt pater. principalior q̄ ipsi q̄ eos genuerūt. **M**a 7 ipsi ceperūt ab ip̄so esse 7 generare. **E**oz autē qui ip̄m sequūtur 7 ab ip̄so pascunt p̄stor est. illuminator est splendor. p̄fectoz p̄fectio. deificator deificatio. discordantiū p̄ter simplicū simplicitas. 7 vniūtorū vniū sup̄principale 7 substantiale principium occultum sue cognitōis. s̄m qz p̄phas est et possibile vnicuiq̄. **V**na traditio. **T**c. **H**ec verba dionisi⁹ recitat Damas. ca. iij. **E**t quibus omnibus patet qz omnia corpalia de deo dicta sunt ad figuratiuū intellectum myltice referenda.

Cap. xxi. De diuersis xpi noīb⁹ q̄bus nūcipat.

Unt itē quedā alia noīa q̄ ad significatōes illoꝝ que de hōmie

christo assumpto scz dei filio intelligit
a similitudinibz rer artificiose transsump-
pta sicut pz in *Is. li. vij. c. ij. vbi dicitur*
Christus multis modis in scriptura vo-
cari consuevit. Dicit enim ibidem qd xps a
charismate vocat est ipse enim pre cunctis
 suis consortibz oim gratiaz plenitudie e-
telibut. qd iesus hebraice. forter grece.
saluator vero latine dr. eo qd cunctis gen-
tibus saluator est transmissus. ppter qd
 ipse messias hebraice dr. eo qd omnis p-
phetalis sacerdotalis z regalis dignita-
 tis privilegio sit diuinit insignit. nam
 messias dicit vnctus. Dicit etia emas-
 nuel. i. nobiscu de eo qd deus per virgine
 natus in carne apparet nobis se punit
 Dicitur etia verbu caro factu. qz vbu
 est inqntu nascit a patre in eternitate.
 sed caro dicit inqntu a matre nascitur
 in tpris mutabilitate. Sile dr vnigeni-
 tus z priogenitus. qz patris z etia mris
 fuit filius vnicus an que nullus z post
 que no erat alius. Multis etiam alijs
 modis pfiguratur in rebus creatis. Di-
 citur etia pncipiū. qz pater p ipsum
 omnia finit vel fecit. Dicit z os dei quia
 p ipsum de mundo loqitur. Dicitqz ma-
 nus. qz p ipsum rerū vnueritas orine-
 tur. dr via quia p ipsum ad brauiū pue-
 nitur. vita dr quia in ipso omnia viuūt.
 veritas qz nec fallit nec fallit. dicit fons
 qz omnis boni origo indeficiens z reficit si-
 tientes. Et multis alijs figuris innue-
 tabilibz z infinitis nobis dat intelligi i
 *scripturis. sicut ibi ponit *Is. in exēplis**
 multipli. Sicut pater z filius. ppter
 varios effectus in creaturis varijs noi-
 minibz nūcupatur. sic spūscū patri et
 filio in simplicitate nature substātia-
 lis z coetern diuersis vocat nominibz z
 diuersis rebus mltifarie cōpatur. Pro-
 pter qd dicit in. vij. Sap. qd est scūis in
 omi scz creature sanctificatōe. z est mul-
 tipler in charismatū z donoz distribu-
 tione. vnicus in pns z filij vniformi cō-
 nexione. necnō in sanctorū charitatiua
 vnione. subtilis in cogitationū z affecti-
 onū pscrutatōe. modest in discreta et
 modesta affectuū hūanorū ordinatione
 discretus in factidie siue eloquētie ad-

ministratōe. Incoinqnatus sine macu-
le cōragione. suavis in pceptis. suauior
in cōsilijs. suauissim in pms. amans
bonū actū in actiuis qd suavis est in con-
cēplatiuis. human humanā diligēs so-
cietatē. benign innatā habens in se boni-
tate. stabilis lassus z infirmis pferēs
firmitatē et nullā prozsus hns in se vi-
cissitudinis mutabilitatē. securus illis
quos ptegit auferēs formidulositates.
oem hns virtutē. omnibz cōferens vru-
tū pfectiōem. oia prospiciēs. oem hns
cognitōem. capies oem spm intelligibi-
lem. omis spūs rōnalis motū inuesti-
gans z affectōnē. mūdus in se z ab alijs
auferēs infectiōem. Multis etia alijs
noibus nūcupatur. Dicitur eni digitus
ppter eius discretā z subtilem opatōem
Columba ppter simplicitatis amorem.
Fides ppter estuantū refrigeratiōem.
Genus ppter occultā grāz inspiratōz
Ignis ppter gratie euaporatōem. Ros
siue pluuia ppter ale secundatōz. Mel
ppter dulcissuā interioris hōis imuta-
tionē. Aleū ppter inferiorē aīme im-
pinguatōem z ex hilaratōnes. Multis
alijs compatur diuin spūs. sed ista suf-
ficient p exemplo. Hūc ad angeloz pro-
prietates adiuuāte dño manū apponā

Incipit liber secū- dus de proprietatibus angelorum.

De proprie-
tatibz angelicis diuino
adiutorio aliq in medi-
um nobis platur. pzo
incipiendū est ab eisde
in generali. z deinde in speciali vbi sint
guloz ordinū dispositiōes. z officioz di-
uerse ministratōes. prout pnti cōgruit
opusculo p ordinem declarabūtur.

Capitulū Primū

De interpretatōne angeli.

Angelus itaqz grece. hebraice mal-
lach. latine vero nūcius interp-
tatur. eo qd p angeloz minist-
terū diuinā volūtas populo nūciatur